



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Intellectuale imperium assertium de præsentī à nostro Ruiz
excogitatum, & fundamentum relicitur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

ponit, neque imperare faciendum absolute, siue ut absolute fiat: quare, nisi asseras ita imperatam rem apprehensione illa imperatam, ut terminum apponendum tangi, non autem ut obiectum apprehensum, nil est quod respondeas; id autem est asserere posse dari actum intellectus circa aliquid, cuius, nec iudicium, nec difficultas, nec apprehensio sit, esseque actum præceptum, non autem intellectum: quod aperte repugnat ut videmus num. 4. & hac solutione vitari contenditur. Hæc apprehensionem imperatam monastico imperio, siue eiusdem imperantis ad seipsum, suasque potentias, siue voluntatem, siue ad hanc executionem rei ab imperante ipso exequentem aperte confutant apprehensionem esse illam posse ex obiecti impossibilitate: ut, vel inde, modus hic monasticæ imperandi satis reiciendus sit ut impossibilis, est plura alia eius reiciendi capita subicienda deesse. Iam vero modus hic imperatiuæ apprehensionis imperio politico, & ciuili ad alterum, qui rem executur sit, directo facile reicitur. Primum: quia cum interni imperij mentalis modus iste, non aliis, sed imperanti ipsi apprehensum, & interius intinetur *fac hoc*: implicatius, & inceptius erit, nec idem habebit obiectum cum obiecto imperij, seu intimationis externæ oratione vocali imperatiui modi *fac hoc*: subito executuro faciendæ est implicatior: quia imperanti interius intimabit, ut faciat, quod non ab ipso, sed ab alio fieri imperat: iude etiam probatur inceptus, æque, atque intimare Ioanni, ut faciat, quod à Petro præcipis fieri. Neque idem habebit obiectum apprehensum interna præcipiens modi imperatiui cum verbalis externa modi eiusdem interna: siquidem actionem imperat præcipiens ipsi præcipiens externa verbalis actionem subditi subditio imperat. Vnde diuersum obiectum altera ab alterius obiecto significat intimat, ac repræsentat: quare nec altera externa interna substituitur, nec idem obiectum significat, ac repræsentat, ut necessarium esse ostendebamus super.

8. Quod si dicas: imperium internum non formaliter imperatiui modi esse, & respondens ad verbum vocali imperio *fac hoc*: sed æquialiter solum: ut internum imperium præcipiens sit huic propositioni externæ ad verbum formaliter respondens: *hoc faciendum est à subditi*: vel huic: *tuolo seruo ut subditi hoc faciant*. Quod quidem verbalis illa oratione modi imperatiui apte subditi intimatur. Primum: si illa prima oratio, *hoc faciendum est à subditi*, valeat tantundem atque *fiant hoc subditi*, vel à subditi *hoc fac*, quo pacto oratio imperfecta, ac non assertiua est, imperatiuque æquialiter factis impugnationibus omnibus patet. Si autem assertiua sumatur, atque secunde: *uolo ut subditi hoc faciant*, æquialiter: tum plane modum imperij intellectualis præcipiens non assertiuo, sed imperatiuo modo, quem hæc impugnamus, deseris: & incidis in modum imperij intellectualis secundum à nostro Ruiz excogitatum, ut in eo prouidentiam, eiusque complementum constitueret: secundo prouidit eius subiectes impugnationibus iam subiciendis. Tertiò, nec monasticum imperium, siue præcipiens ad seipsum esse poterit, ut huius imperij Patroni volebant. Id quod vniuersim de imperio intellectuali interno quouis modo explicetur: postremo loco ostendimus. Quarto vltimus nec potest esse ciuile & politicum ut iamiam contra Ruiz ostendo. Porro qui hæc efformata argumenta equalitance, & iudicio perpendit, ac ea, quæ deinceps contra quouis intellectualem imperium producemus, ac nuper pollicebamur, legat attentè & meditentur, deprehendet, quam immerito sors vbi supra ægre ferat, fueritque conquestus: quod sua hæc sententia de imperio intellectuali interno imperatiui modi parum considerat, à quibusdam impugnetur; cum tamen ex prædicato intellectualis, & ex prædicato non assertiuo: sed imperatiui modi sui grauissimis difficultatibus, nec hæc expeditis ab ipso, eiusque sequacibus paucis, sit modus iste imperio obnoxius; nec vnam tantum repugnantiam deulnat: de prædicato modi imperatiui hæc ostendimus: & de prædicato intellectualis deinceps monstrabimus: idcirco à modi huius euagatione communiter à reliquis Theologis vtroque ex capite refellitur à Molina 1. part. quæst. 2. art. 1. & 2. d. 2. §. *Ita tamen senten-*

tia. Valquez 1.2. d. 49. cap. 3. num. 14. & locis citatis in 1. part. Suarez d. 19. metaph. sect. 6. num. 8. sect. 7. num. 12. & 13. Salas 1.2. tom. 1. tract. 6. d. 2. Est falso pro opposito ab vno, vel altero referatur. Azore tom. 1. libro 1. cap. 29. quæst. 2. Fonseca 9. metaph. cap. 2. q. 6. sect. 2. de essent. prædestinat. cap. 16. num. 8. & 1. de legibus cap. 5. Lessius 1. de prouidentia c. 1. dub. 3. & 14. Luis Torref. 1.2. d. 99. dub. 5. quos refert Herize tract. 3. d. 21. c. 4. num. 29. ac ipse sequitur: licet scientiam de medijs electionis, & vult voluntatis directum imperium intellectualem immerito, ut vidimus, appelleret: Mordicus enim imperium intellectualem ad electionem mediorum, siue voluntatem Dei ordinandi rem prouisam per talia media in finem impugnat, eiusque fundamenta conuellit ab eo num. 29. ad 34. inclusiue. Adde modi huius imperij impugnatores Doctores omnes citatos pro tribus sententiis relatis certam. 1. præsertim non admodum antiquos, ipso tamen vetustiores. Quibus adde etiam ipso nouiores pro eisdem sententiis à nobis relatis, & nostrum Ruiz de Montoya huiusmodi intellectualis imperij validum impugnatores d. 3. sect. 7.

CERTAMEN III.

Intellectuale imperium assertiuum de presenti à nostro Ruiz excogitatum, & fundatum reijcitur.

1. Vtrum Ruiz ipse ea sect. 7. à num. 7. & tota sect. 9. imperium intellectualem de extrinsecis faciendis admittit, non quidem oratione mentali modi imperatiui; sed modi indicatiui, & enunciatui: quæ, nimirum, perfecta oratio, seu propositio de præsentis assertiua sit voluntatis diuinæ de re aliqua in finem præscriptum ordinanda per talia media, v. g. *uolo Petrum ad beatitudinem per talia media perducere*: quod iudicium & imperium intellectualem, & prouidentiam eius complectum sit, atque exterius oratione illa imperatiui modi, *fac hoc*: vel *hoc tibi faciendum est* (si res cui prouidetur rationalis sit) intimetur, & quatenus parium suarum est operationem ad finem ex parte creaturæ rationalis, & libere etiam poandam, debita eius libertati suauitate, & temperatura, in creatura illa Deus efficiat. Id tantum voluisse S. Thom. locis omnibus citatis hæcenus, & Thomistas reliquos veteres pro imperio intellectuali imperatiui modi contendit sect. 7. à num. 8. solum enim aiunt imperium internum (siue creatum, siue diuinum) non posse externè vobis ut percipientis imperium creaturis intimari; nisi oratione externa verbi, & modi imperatiui. Atque hanc esse scripturam, Chrysostomi, Dionysij & aliorum Patrum mentem probat: insuper ex ratione practici, & determinationis in scientia, quæ imperium, prouidentiam, vel adequatè, vel inadæquatè & completiue sit requisitæ, quæ scientiæ directiue voluntatis diuinæ electionem mediorum, quibus ad finem præscriptum res prouisa ordinatur, desinere contendit: ut referemus, cum eius, & ab auctoritate, & à ratione fundamenta diluamus. Respectu vero cuius imperium hoc enunciatiuum, & assertiuum sit, & ad quem dirigatur, an ad Deum ipsum eo imperantem monasticè; an ad creaturas politice, & ciuilitate? statuit primò tota sect. 8. nullum imperium intellectualem, & rationis (ac subinde neque hoc suum assertiuum, & enunciatiuum voluntatis diuinæ de præsentis) posse esse monasticum ad Dei voluntatem mouendam, ut volitionem rei faciendæ concipiat, & urgeat: sibi autem loqui Deum ait, & Dei ad seipsum imperium illud esse, quatenus voluntatem, & potentiam Dei executricem (siue ea formaliter diuina voluntas sit, aut omnipotentia attributum ab illa formaliter diuersum) dirigat, ut determinatè, ac non cæco modo exequatur opus faciendum, si iudicium solum de eo, ut possibilibus, ac non de faciendo determinatè applicationem voluntatis & omni-

potentia

2. Hæc totius cogitationis nostri Ruiz & fundamentum, quibus cum adstruere, atque ab oppositioribus contra intellectuale imperium & vniuersum, & diuinum vindicare tribus, & diuina sectionibus totis, & fufis, contendit; breuis, & dilucida fumma est: in ea tamen falsa plura, & implicantia esse videntur: solumque ex-cogitata, vt difficultates grauiusculæ contra intellectuale imperium ab anterioribus propofite eluderentur, atque illud, tanquam prouidentia eiuſe completum in Thomæ gratiam (qui tamen ab illo abſuit longe) defenderetur: cum nihil in eis, præterea inueniatur quod huiusmodi imperium, & erò fimiliter fudeat, vt ex fubſi-dentiis conſtat. Et primo, eludendis ſolum difficultatibus excogitata omnia fuiſſe, earum propoſitione, & doctrinæ huius ad illarum eluſionem, atque occupationem applicatione conſtat. Prima ab Arſculo in 1. d. 40. art. 1. opinio 2. acutè perpenſa, quam & nos fuſe lu-men perſequeſti certam 1. num. 6. Etiam, vt de imperatiua apprehenſione ibi dicebamus, iudicium hoc nequieſſe cauſa operis abſolute faciendi, vt fiat eo modo quo faciendi eſt: erò ne imperium, & prouidentia illius. Conſequentia eſt legitima: quia prouidentia debet eſſe cauſa operis faciendi, & vt fiat eo modo quo faciendi eſt omnium nemine dempto) Philoſophorum, Patrum, & Theologorum ſententia. Antecedens probatur. Non cauſa: quia ſupponit opus abſolute faciendum eo modo, quo faciendum eſt: cum fit eius iudicii obiectum, vt faciendum abſolute eſt: proinde eſt ipſo poſterior, vt abſolute faciendum eſt; & forte iudicatur. Reſpondet: cognosci Deum, non in ſeipſo, vt præſens eſt æternitati Dei; ſed in Dei voluntate de eius eſſectione, & modo quo efficiendum abſolute eſt; ſed, vt mirantur præſentiam futurorum in æternitate, in qua re ipſa Thomiſtis Dominicaniſque Recentioribus diſſentit (tameti-minus doctis æquiuoce quæſtionibus loquatur) contra primò: quia vt offendi tom. 1. de Deo vno controuerſ. 2. d. 6. nihil Deus in alio, tanquam in medio formalitè poſſe cognoscere, maxime futura contingentia in voluntate efficaci de ſe connexa cum rei abſoluta eſſectione; etiamſi voluntas efficaci Dei remiſſiſſima cauſa, & rei, & modi fit, vt offendi contra Suarioſiſſas præſcriptiones controu. 4. de voluntate Dei diſput. 6. de ordine intentionis, & executionis poſſibili in Dei volitionibus, ne-dum cum immediata cauſa voluntas efficaci Dei eſt, vt eſt voluntas prouidentia & cauſa eſſentialis æque, atque decretum concurrendi: hic cum militant omnia, quæ ab authoritate, & ratione Ruiz totis ferè quatuor tomis congeſſit, vt re peſſum contingentium futurorum liberatè defendere, & nos pro intento eodem opportuniſſe diſpoſuiſſimus, & auximus tom. 1. de Deo vno controuerſ. 3. tota diſp.

3. Secundo: quia vel iudicio hoc de re absolute faci-
cienda, & futura, ac modo, quo facienda est, habito
absolute in decreto, tantum cognoscitur decretum, &
esse intentionale rei praeognoscibilis, & mediorum
ac modi quo facienda est possibilium, vel vltius ten-
dit cognitio, & iudicium illud in intrinsecum, & entia-
tium esse absolutum, & rei, & modi ac mediorum,
quibus absolute facienda est: sicuti voluntas efficax ten-
dit, extenditurque actu ad rei, ac modum, mediorumque
quibus efficienda est effectum, & existentiam in seipsis
ac secundum suum intrinsecum esse absolutum. Si primum
solum cognoscitur res, modumque eius faciendi possibilis

cum denominatione voluntatis efficacia simpliciter
formam scientiam subsequuta; quæ rei, & modi facienda
se, & intrinsecè fumparum statum præcognitum præco-
gnitum non immutat, nec ab illo extrahit; sed summa
littera solum facit volita, et sic actus pro hujus nature
superioris in se absolute existentia facit: Nec aliud quod
præter verba dat illa vulgaris, & capiosa pluri-
mum arduis difficultatibus Theologicis elucidandis, con-
cludendis, atque illudendis in discipulis aptis de
scientia absoluta rerum ordine intentionis, & ordine
cautionis. Rebus quippe vera absoluta existentia
executionis solummodo cœnente ordine vero intentionis
formaliter loquendo, solummodo convenit rebus ex-
istentibus cum ipsius desiderium, fuisse absolute desiderari. Tercio
vero rebus absolutum aliquod esse intentionale vix præ-
sibiliter statum præcognitum ex voluntate eorum
efficaci subsecuta, quod necdum absolutum intrinsecè
esse rerum fecundum se fit, & attingat: certo illud
& rei, & modi quo facienda absolute in se esse
minimè est: ergo de iudicio de illo esse intentionale
non scitur formaliter à Deo absolutum esse, et, de
modi, quo faciendum est; sed aliud esse, & modi, in
rei, his ab ea intentione absolute, & formaliter inter-
tentione: ergo ex eo iudicio non procedit Deus ad execu-
tionem, & rei, & modi absolute faciendæ, faciens, scilicet
quo absolute esse rei, & modi quo facienda esse præcognitum
esse illud absolutum intentionale, quodcumque fit,
quomodo locumque explicari, non est esset, & modi,
quo facienda absolute illa est: ergo pro scientia & iudicio
de absolute illo esse intentionali rei, & modi
nec scit, nec iudicat formaliter Deus de absolute
rei, & modi faciendi, sed de alio: ergo pro illud iudicium
præcise non exequitur Deus, quod, à absolute
quoad rem ipsam, & modum faciendum esse præcognitum
rei: atqui ad id solum statuitur iudicium hoc, & intellectu-
ale imperium (in quo, vel pro scientia, & intellectu
complementum fiet) ut non nisi ex iudicio de, &
de absolute à se, vel solo, vel cum causa causæ facien-
dis, & eiusque directione sapiens Deus formaliter,
et conscient opus exequatur: ergo, si iudicium illud vix
esse illud absolutum intentionale rei, & modi, quo faci-
enda est formaliter à voluntate efficiendi eorum ipsi
attributum, ad intrinsecum esse absolute rei, & modi
quo facienda est, & actiue à voluntate illa efficiendi
posteriori nature per ipsorum absolutum executionem
tribendum; sua representatione, & alteratione non
progrediatur, peringat, & penetret, non procedit Deus
ex scientia, iudicio, & dictamine de re faciendæ & mo-
di, quo ab ipso, vel solo, vel cum causis fecundis
facienda est, ad rei & modi absolute executionem: cum
solo titulo, & ratione asseritur hoc imperium in Deo
eiusque providentia locum per Doctorem hunc possit
habere) sed ex iudicio absolute existentie intentionis
rei, & rei, & modi, quam non facit, & causat, et
supponit.

supponit.

4. Quod si absolutam rei, & modi executionem, & esse interinfectum absolutum repræsentatur, & adiectio iudicio illi intellectus imperi arripitur, & recte dilemmatis membro dicebamus iudicium, & imperium hoc huius natura, vel quasi natura, potestius est, ad illud cognitione voluntatis efficaci, & tanquam med ducatur; quod enim medium indicandi de re ipsa iudicium de illa natura præcedat euacuare res illam materiale, & terminatum obiectum esse, non potest hanc, qua terminatum obiectum est, sui repræsentationi omni præcedere natura debere; sed tantum non illam solum, sed medium in quo cognoscitur natura eius repræsentationem antecedere: generale enim, & certum est illud principium philosophicum, & in alio obiecto deficiens: *ex obiecto, & præsentia prior natura* maxime, cum notitia de obiecto terminatum pure materialiter, & terminatum iudicium est, in sui casu notissimum, siquidem in quocunque medio cognoscatur, & esse, & fore absolute iudicetur, huius absolute esse natura, vel quasi natura debet apprehensio precedere, de notione cognito assentiamur, & temere esse iudicemus. Denique futura res, faciendæ absolute iudicium, & futuræ adiuuam de eius absolute effectione, & futuritione, adiuuam vel quasi natura precedere docet hic Doctor med.

& accurata eruditione, & Patrum observatione passim asserunt, *futura non ideo esse futura, quia à Deo præsentantur* (absoluta videlicet futurorum præsentia) sed contra potius id à Deo præfieri, quia sunt futura. Indèque, & aliis rationum momentis contra Dominicanos Thomistas Recentiores probat præsentiam absolutam futurorum causam, neque esse, neque esse posse: nostrorumque operam contingentiam, & libertatem cum divina absoluta de ipsius præsentia conciliat, vti nos ex ipso, & propriis ponderationibus, rationibusque ostendimus tom. 1. de Deo vno controuersia 2. d. 5. quæst. 8. à certam. 1. quare negare hic author neque futuris absolutè, & faciendis naturæ, vel quasi naturæ prioritatem, & præcedentiam respectu scientiæ, & iudicii huius diuini (quod imperium, & Dei prouidentiam, cuius complementum esse voluit) de absoluta esse intrinsecò, & functione rei, & modi quo facienda absoluta est: ac subinde non potest non eiusmodi iudicio diuino negare erga res proximas eorumque absolutam existentiam, & modum quo faciendæ sunt causali- tatem: ac prout iudicio huius imperij, & prouidentia rationem deferre non potest, vt contendimus: ni suæ, & Patrum doctrinæ, & consequentiis à se ex iustitio approbatis, confirmatiue deficiat: quo eodem argu- mento tentata alia ab eodem Ruiz occupatur solutio. Nempè obiecta pure materialia (cuiusmodi creata omnia sunt) præcedentiam naturæ respectu scientiæ diuinæ ab ipsis secundum se totam prius independentis habere non posse, id ego fateor; ast cum ipso, & Patri- bus nuper memoratis, quasi naturæ præsuppositionem in obiectis creatis respectu scientiæ de ipsis diuinæ fateor requiri: quatenus, ni in se absolute essent, infinita scientia, & formalis de se omnium, à nullo pendens, expressio & representatio ad absolutum esse earum nec tenderet, neque explicaretur: scituri neque immensitas ad spatum, nec æternitas ad tempus, quæ nulloquam, nunquamque forent: & quidem hæc quasi naturæ cau- salitatem futurorum in præsentiam, illa, & Patrum locutiones à nobis, & à Ruiz admixtæ continent.) præ- sentantur à Deo; quia futura, non à contra, quia præsentantur esse futura.

1. Arguo secundo generali illo & antiquo argumen- to contra intellectualem omne imperium quouis modo explicatum: quia imperium hoc intellectualem neque est monasticum, & eiusdem imperantis, atque in re præ- sentis Dei ad seipsum, nec civile, & politicum, nempè ad alium, vel ad alios, atque in re præsentem ad creatur- as ex ipso, & iuxta ipsum produendas: ergo non est imperium. Quod, nisi alterum è duobus esse nequit, negatiua pars de imperio intellectualem, & rationis mo- nastico probatur (secunda enim ne hoc iusto longius exat- quat probanda erit certamine frequenti) Quia neque est monasticum respectu voluntatis, seu volitionum eius, qui cognoscit ea intellectualem cognitione, siue impera- tum, siue enunciatiui modi, & iudicii de præsentem. Pri- mò, quia actus voluntatis imperium proprium, & in- trinsecum voluntati intellectus non requirit, nec pati- tur. Non requirit: quia multi absque imperio ex arbitrio, & voluntatis libertate (iuxta imperij) vtriusque intellectus auctores) ad vtrumvis plures actus volun- tatis debent præcedere ex obiecti indifferenti dispositio- ne & voluntatis facultate & libertate elicit. Secundò: quia, si ad omnes voluntatis actus imperium requiratur, vel dabitur processus infinitus & actuum voluntatis, & intellectualium imperiorum, vel voluntati auferetur pri- matas libertatis, & dominium in actiones cæteras eius, in quo est, ac tribuetur intellectui; si in aliquo eius im- perio, ad quod ipsum actus liber voluntatis non appli- cetur sitendum sit: quia, ni ex libertate intellectus li- ber sit, ex libertate voluntatis, cuius nullum liberum actum, aut exercitium supponit liberum esse non potest, ac tota actionum nostrarum libertas peribit: siquidem omnium, etiam primi actus voluntatis principium de- terminans imperium intellectualem erit, quod nec vnde liberum, sed necessarium sit. Quod si imperium hoc in- tellectuale monasticum ad omnes voluntatis actiones non requiritur, sed, vt plures eius actus sint, satis obic- tiui propositione voluntas habeat (vbi aduersariis faren- tibus habet ad nullum intellectualem imperio egere, haud

Christoph. de Origen. de D. v. v. tom. 11.

segniter concluditur; siquidem & ad quemvis assignabi- lem sola obiecti propositione, & facultate voluntatis ap- petitiua obiecti propositi, habere illam, quicquid vt in actum prodeat requiritur, cæterorum actuum exemplo, & ratione demonstratur.

6. Quod autem, nec imperantis voluntas ad suos actus monasticum intellectualem imperium patitur, ac prout de, & tale imperium sit impossibile de diuinis volitionibus probat Ruiz sect. 8. à n. 6. Quia inter actus diuinæ volun- tatis, nequit esse actus imperantis, & imperatus: quare mul- tominus actus imperatus ab imperio intellectus ex inferi- oritate & subiectione (inquit) quam actus imperatus voluntatis dicit respectu imperantis, & necessaria distin- ctione reali inter vtrumque, quæ actuum diuinorum des- truat realem identitatem etiam identitatem omnium volitionum, siue omni volitionis diuinæ, & alia à nobis dissecta controu. 4. de volunt. d. 6. q. 4. quare possibilitate admitti volitionis imperantis, & imperatæ in voluntate diuina aliunde probo impossibilitatem imperij monastici intellectus respectu actus voluntatis, qui sit impera- tus: & primo de actu intellectualis imperij Thomistarum recentium Dominicanorum per cognitionem modi im- peratiui, ac hoc omittenda non est facilis Arriagæ nostri impugnatio, & observatio ex omni grammatica cuiusvis idiomatis sit: in nulla enim modi imperatiui prima per- sona inuenitur, sed secunda solum, & tertia: vti quæ, quia imperium intellectualem (cuius si esset imitatio verbalis foret) omnibus gentibus cuiusvis nationis, & lingue censetur impossibile. Secundo de vtriusque modo intel- lectus imperij respectu volitionis probatur vniuersum impossibilitatem. Quia de essentia imperij est afferre deter- minationem, & necessitatem actionis imperatæ, quam imperatum agens absque imperio illo non habebat: sed nullo imperio intellectualem assignato, & ad intento afferri potest voluntati diuinæ (& idem est de reliquis) de- terminatio, & necessitas actus quem antea non habebat: ergo respectu volitionis diuinæ nullum ex assigna- tis, aut ex assignabilibus intellectualem imperium esse potest. Discursus concludit, si præmissæ sint firmæ: quæ- rum maior axioma & ipsa imperij essentia, & definitio est. Minor est etiam certa: quia imperium omne as- signatum, & assignabile de faciendis ab imperante ipso, vel solo, vel cum aliis, supponit determinationem vol- untatis per volitionem efficacem de faciendis & modo, quo faciendæ sunt, quæ subinde afferre necessitatem phy- sicam ita ea faciendi in imperante (si ab eo agenda sint) & moralem in aliis, seu ciuilem, vel quasi, si ab alio sunt agenda; ast nullum ex assignatis, vel assignabili- bus imperium intellectualem aliam, siue ad aliud necessi- tatem & determinationem potest afferre voluntati impe- rantis: ergo nullum imperium intellectualem assignatum, vel assignabile potest afferre de nouo voluntati imperan- tis aliquam determinationem, & necessitatem ad actum proprium, vel quid aliud, ad quod necessitas, & determi- natio voluntatis non præsupponatur.

7. Maior de hæcenus assignatis, & excogitatis im- perij intellectualibus est certa: siquidem vtriusque mo- dus intellectualis imperij supponit necessitatem, deter- minationem voluntatis ordinandi rem prouiam deter- minato hoc modo per voluntatem efficacem præhabi- tam de medijs aptis ad finem ipsi è Dei intentione præ- scriptum: ad quod solum per apum ex hoc intellectualem imperio elicitorum posset voluntas determinari, ac ne- cessitari: sed de omni intellectualem imperio assignabili probatur. Quia nullatenus esset liber actus voluntatis ex imperio intellectus eam ad illum necessitate, & de- terminante, ni imperium illud actum voluntatis libe- rum, & ad ea omnia efficacem, & determinantem sup- poneret, vel penes intellectum sit actionum rationalium, & humanarum libertas, & dominium, cum dispendio primæ, & primariæ libertatis, & dominij voluntatis suæ in proprias cuiusque actiones: cum enim imperium intellectualem hoc necessitatem voluntati, & determina- tionem ad actum imperatum afferat, ac prout actus ne- queat esse proximè, & immediatè liber, sed nec mediatè, ni intellectualem imperium nullum actum voluntatis libe- rum supponens proximè, & formaliter liberè ab intel- lectu elicitorum: quod, ni intellectus libera potentia sit fieri nequisset nec potest imperium hoc actualem respectu po- tentiarum.

K

uentiarum imperantis exequentiam imperata imperium, & determinatio esse. Si enim respectu potentiae, seu omnipotentiae diuinæ, creatorum omnium executricis, loquamur, in mea, & verosimiliori, opinione omnipotentiam diuinam cum eius voluntate formaliter etiam & metaphysicè identificante probatum iam est. Vniuersalius autem id probò, etsi realiter etiam potentia exequens à volitione in Deo differret. Primò: quia necessitas-determinatio, & applicatio potentiae exequentis ad operandum irresistibiliter in imperante supponitur inducta per voluntatem efficacem, quam imperium intellectualem supponit, vt ostendimus. Secundo: quia intellectualem imperio aliis potentis, quæ obiectorum propositione, & cognitione non ducuntur imperare, perinde est atque *surdo* (vt aiunt) *narrare fabellam*. Tertio ex omnium Philosophorum, & Theologorum doctrina quæ dominium, & imperium totum in ceteras potentias sibi coniunctas supposito, vel subiecto, soli voluntati, & despotismo illud, tribuunt; vt eas omnes, absque obiecti cognitione, & propositione, statuta à voluntate exequi faciat, & obedire. Quarto demum argumentum illud ex omni bono idiomatis cuiusvis grammaticæ locum hic etiam habet contra modum intellectualem imperij Thomistarum recentiorum; siquidem, si imperare propriis potentis exequentibus non repugnaret, modus verbi imperatiuus primam personam habere in bona grammatica posset, & deberet.

8. Horum pleraque attingens noster Raiz tota sectione 8. titulo, & conclusione præfixa monasticum non esse neque respectu voluntatis ad vltiorem volitionem de effectu, seu re & modo, quo facienda extrinsecus absolute est à voluntate extorquendam, nec ad inducendam potentis exequentibus imperantis necessitatem, & determinationem, quam ex præsupposita voluntate efficaci de absoluta effectione, & existentia rei, & modi quo facienda est ante intellectualem imperium præhabent: respondet sectione 11. numero 2. & 6. vbi ait iudicium assertorium voluntatis Dei de re, & modo, quo facienda est respectu Dei locutionem esse, nusquam vero imperium, tantumque inferre, ne Deus cæco modo, atque incertis de re, & modo, quo facienda absolute est, solaque cognitione possibilitatis rei, & modi, quo fieri potest, quæ voluntatem de eiusmodi effectione præcedit, vtrumque exequatur. Sed tamen hæc contradiunt dictis ab ipso Authore sect. 6. vbi numero 2. ait. Idem imperium Dei quatenus efficaciter mouet ac dirigit prædestinatos ad credendum, sperandum, & diligendum sicut oportet, vt sic est imperium monasticum, quo Deus suas operationes exequitur, & propria sibi facultate operandi fungitur. Ergo admittit imperium esse, nec solam locutionem respectu Dei eo iudicio imperantis. Contra secundò: quia seclusa ab eo iudicio inductione necessitatis & determinationis ad rem extrinsecus, & modum, quo absolute facienda est potentis volitione, & executiue imperantis, excluditur ratio, & essentia imperij monastici ab eo iudicio, quæ (Authoris huius verba sunt de essentia imperij vniuersim, & in supremo genere sumpti sect. 11. num. 8. agentis) consistit in hoc quod iudicium intimans efficacem volitionem eo ipso necessitatem inducat, vt fiant, res quas iudicat esse faciendas. Atqui ea determinatio, & necessitas potentiae volitione, & executiue imperantis præsupponitur inducta per ipsius voluntatem efficacem de re, & modo, quo absolute facienda est vt ipse non semel fatetur; nosque proximè demonstrabamus: ergo nequit esse imperium monasticum, & respectu Dei, vt citatis verbis hic author admittit, etsi quandoque tale imperium esse minus debita consequentia neget.

9. Id autem quod constanter totaque sect. 8. docet, & probat (non posse scilicet intellectualem hoc imperium mouere ad vltiorem volitionem de opere faciendo atque ea ratione monasticum esse) minimè coheret cum eo, quod addit nempe solum esse allocationem Dei, ad seipsum, vt videns animaduertens, sciens & prudens prodeat in opus certum, ac determinatum cum directione determinata rei faciendæ tanquam de facto faciendæ, vt scribit sect. 11. n. 2. etenim cum iudicium illud requiratur, vt sciens & prudens, &c. per illud prodeat in opus Deum

imperium ad ipsum, saltem ratione executiue potentie suæ monasticum est, non sola allocutio: Nec valde determinationem, & necessitatem operandi præsupponit inductam executrici potentie à voluntate efficaci in huius doctrina: siquidem, nec sufficit eadem necessitas, & determinatio ab efficaci voluntate prius inducta operibus creatis, vt fiant, quæ minus iudicium illud respectu eorum imperium physicum, & ad alterum finem, secundo inquit: an illud sciens & prudens, tantummodo valeat, atque vt ex scientia, prudentia, &c. fieri faciendi visione Deus operetur, qui ad se eo iudicio loquitur, vt verba sensu, & significatione apud omnes creata sonant: an solum comitanter, & per accidens via opus prodeat illud iudicium se habeat in Deo; si postremum prouidentia non est, neque eius complementum; tota enim prouidentia per se causa est, vt Deus operetur ad extra; nec solum, vt causa per accidens & materialiter Dei operationem comitans se habet, vt musica in adificatore: & hic Doctor ex prædictis esse causam, & exemplarem & efficientem vt Deus ad extra operetur, fatetur, & probat. Alias, nec respectu creaturarum, vt passus fiant: quod necessarium est, quæ ex ipso sunt vt causa per se, nec solum ad ipsarum effectiorem comitanter se gerit: si autem dicatur ipsum illud iudicium, quod Deo causa per se est, vt operetur ad extra, & creaturis, vt fiant, non est locutio Dei ad creaturas per se, plerumque rationis, & auditoris incapaces, vt asserit, sed ad seipsum non quæ omnia potentem: patet, quia omnipotens formaliter, & actionalis, nec volituius (si à voluntate omnipotentis formaliter differt) est; sed solum operans ad extra transeunt: quare nec ratione omnipotentis, & rationis audientis capax, vt nuper de irrationalibus creaturis dicebamus: ergo locutio illa Dei ad seipsum per iudicium illud præcedens vt Deus sciens & prudens prodeat in opus, &c. ad seipsum, quæ rationalis & volituius est, huc ad seipsum secundum eam potentiam & voluntatem, cui obiectum proponi, quæque ratione ad ac dirigi possit, ac moueri nempe voluntatem, & huic proponitur obiectum nempe, vt ex se, & ex illud iudicium Deus operetur ad extra, ab eaque vltiori voluntate & volitione de re, & modo, quo absolute facienda est sollicitatur: inò, & determinatur per eiusmodi iudicium, & imperium, contra tuum aliud assertum de determinatione determinandi scilicet ad actum & determinationem voluntatis præsuppositam.

10. Opportunè hic huius sententia fundamentum conuelli, antequam alias eius impugnationes proponat: quia coram solutio ex proximo discussa locutionem capiet ac mutuo illum illustrabit. Totum enim fundamentum est: quod scientia simplicis intelligentie, quæ indifferens est, prout sit, ac non prout sit communi nec determinata, vt res hæc, & tali modo sit: quæ nec opus, & modum faciendum repræsentat, nec de se practica est, nec decens, vt Deus sciens, & prudens de opere absolute faciendo in opus prodeat, atque operetur; cum tamen & prouidentia scientiam de se prædicam, & ex qua Deus sciens, & prudens de opere faciendo, vt faciendum absolute est, operetur. Respondetur ad primum, seu primam partem fundamenti: scientiam illam esse essentia sua practicam, adhuc in actu primo, quatenus sit de re faciendæ, & modo quo facienda est per quorvis statu; sed practicum in actu primo & speculatiuum esse differentias accidentarias scientiarum de se prædictas extrinsecus ipsis à potentia vel impotentia carere, di rem cum modo quo facienda cognoscitur, vt continetur de actibus intellectus, & contra. 1. Dial. 1. dicendum Nam & Angelus perfectissime cognoscit res, & modum quibus faciendæ plura ab aliis sunt: quæ tamen ab ipso fieri nequeunt, cuius potestatis defectu cognitiones illæ speculatiue sunt, nam practice, vt in aliis bonis, & quibus res eo modo fieri possent. Quoad determinationem vero rei, & modi quo facienda est, cum fieri, vt res, & modo di huius est; horum determinatæ obiectorum est, non aliorum obiectorum: etsi similis aliorum obiectorum, quoad rem, & modum, quo fieri possent, autem Deo: ac prout communis subiectus ea scientia prout sit, ac non prout sit rebus est: obiectum autem diuersa: quoad determinationem vero actum

rei faciendæ, vel secus, nec de ratione scientiæ prædictæ est, nec ad intellectum spectat, cuius solum est obiecta cognoscere, & voluntati proponere, ut eius ductu, & luce præiudicet, non cæco, & irrationali modo pro libito, & arbitrio suo, & ex præconstituto in illa obiecta, vel complacentia, vel desiderij affectu feratur, vel non feratur. Quod si efficaci feratur desiderio in obiectum iam huius efficiendi determinatio actiua adest, non autem alterius efficiendi, in quod efficaci desiderio voluntas non feratur: ac proinde determinatio actiua, scientiæ prædictæ extrinseca etiam est à voluntatis actu efficaci, quem sua obiecti propositione ab illa sollicitat, & obtinet. Hinc constat scientem, & prudentem Deum opus externum aggredi, cum ex voluntate efficaci, cui præconstitutum præcessit opus aggeditur: & præconstituto quoad rem quidem, & modum, quo exequendum opus est: tamen non quoad statum absolutæ existentie, quem post, seu per absolutam executionem habebit, quem efficaciter desiderare, & adiuuare voluntate sua determinare (ni actum agere inexistit vellet) nusquam posset, si absolutè factum, & existentem in se voluntati proponeret, ut decerneret faciendum.

¶ 11. Quare omnino fallaciter, & ex tunc equivocacione ea propositio assumitur: spectare nimirum ad Dei decentiam in operando, atque, ut non cæco modo, sed sciens, & prudens operetur iudicium de re, & modo quo opus faciendum est, ut faciendum, seu futurum absolutè efficaci Dei voluntate est; nec solum ut potest fieri, expectandumque illud iudicium pro naturæ prioris, ut prodeat Deus ad opus exequendum. Dicitur enim ante executionem præsupponi, & præosci debere executionem implicatione manifesta: tamen, ut faciendum, id est, cum omnibus, quæ absolutè habebit, quoad substantiam, & modum, cum res pro naturæ posteriori fiat, pro statu tamen possibilitatis, & stabilitatis illo ipso modo debeat præosci, ut non cæco modo, sed sciens, & prudens Deus, & quisvis alius opus faciendum efficaciter decernat, & deinceps exequatur. Atque, ut appareat, quam male ex scientia, & prudentia, secundum quam, & ex qua debet operari ad extra Deus, ut se digne decenter, atque ex perfecta providentia operetur, iudicium hoc enunciatiuum voluntatis efficaci de absoluta existentia rei, & modi, quo faciendæ est ab hoc autore necessarium abducatur, advertendum est: ad dignitatem, decentiam, & perfectionem providentia; ex qua sciens, & prudens, ac non cæco modo operari debet Deus, expectare futurum modo posse scientiam, & præscientiam faciendum ab ipso, quæ facultati, & potentia ipsius inferunt, quæ dirigi in se, & per se eiuſmodi scientia possit, atque obiectorum eius propositione ad illorum prosecutionem duci; & induci ac respectu eius tantum; non autem respectu aliarum, quæ in se, & per se dirigi ex scientia ad obiecta, & operationes propositas per scientiam illam prosecutiones, siue exequendas non possunt, solumque extrinsecus, & denominatiue ab actu eius facultatis, quæ ex scientia, & propositione obiectorum ipsum elicit, & quo medio ad operandum facultas alia determinatur: Cum autem facultas obiectorum propositione de se, & per se dirigibilis, atque ex præconstituto determinabilis atque determinatiua aliarum facultatum ipsi coniunctarum, supposito, vel subiecto sola voluntas sit: sit planè, ut illud iudicium proponens obiectum faciendum, & modum, quo faciendum est, quod ad actum voluntatis de opere faciendum, & modo, quo faciendum est mouere voluntatem possit esse requisitum ut agens rationale (atque in re præsentem Deus) ex scientia, prudentia, ac non cæco modo, sed digne, & rationabiliter operetur: illud vero ad hoc, nec requirit, nec pertinere, quod voluntatem ad eiuſmodi actum de opere ita faciendum, nec mouet nec potest mouere: atqui per hunc Doctorem iudicium illud de voluntate efficaci operis, & modi, quo absolutè faciendum est, præsupposita, non mouet ad ulteriorem actum voluntatis de opere, & modo absolutè faciendum; immò nec potest mouere ut vidimus numero 9, sed sola scientia simplicis intelligentiæ, quæ voluntatis actum

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

de opere faciendum posteriori iudicio enunciatum direxit & præcessit: ergo sola scientia simplicis intelligentiæ, non autem iudicium illud actus voluntatis de opere faciendum enunciatiuum requiritur, & pertinet ad perfectam agentis rationalis (atque in re præsentem Dei) providentiam, siue, ut decenter, digne, non cæco modo, sed sciens, & prudens rationale agens operetur.

¶ 12. Ab exemplo Architecti, cui templi, vel domus struendæ ignigraphia, seu orthographia satis non est, ut in opus prodeat prudenter, quovisque eam domus delineationem, & exemplar probans eius dominus futurus, ut illud exemplar in eius structura sequatur, præcepit reliquis orthographis (si quæ sint) reiectis, solum probat: expectandum iudicium exemplar illud approbantis Domini, cuiusque determinatam voluntatem exterius Architecto intimandum, quia capax intimationis voce, aut scripto est: quæ intimatio externa decretum dicitur, quia non aliud quam decretum Domini intimatur pro quo externa intimatio illa substituit, atque imperium Domini, ac cuius aliena voluntate executio necessario pendet ad Architectum est; cæterum, cum iudicium exemplar illud proponens, aptumque iudicans, & ex cuius præ aliis electione, ut ad ipsum domus edificetur Domini voluntas determinatur, domum ipsam, iuxta illud ædificandum, nec proponat, nec domus faciendæ, ut absolutè faciendæ, siue in statu absolutæ suæ effectiōis, ante, vel post electionem, iudicio illo de exemplaris propositi rectitudine à Domino eligente, cuiusque instruendæ executiue domo imitationem præcipiente habeatur: nil aliud hoc exemplo deductum, quam iudicio de rectitudine exemplaris, iuxta quod domus facta nondum est, sed fieri posse proponitur, electio Domini, ut iuxta illud ac non aliter domus fiat ab eius voluntate obtineatur. Nec amplius suadent testimonia Dionysij, & Damasceni, quæ de causis exemplaribus, & ideis diuinis sunt, quas stabiles in mente Dei asseruat: causa vero exemplaris imperium non est: immò nec in mente diuina formaliter est ut formalis scientia, & representatio est, sed, ut obiectum: ut de diuinis ideis diximus tom. 1. de Deo vno controu. 2. disput. ult. approbante ipso Ruiz tom. de scientia d. 82. à sect. 6. ex his ipsis locis Dionysij de diuinis nominibus capite 5. circa finem, & Damasceni orat. de imaginibus pag. 3. quæ pro hoc suo intellectu imperio recitat, & expendit sectione 9. num. 12. 13. & 14. malè explicat verba illa Dionysij à se ex citato loco recitata, quas scripta diuina prædestinationes appellant, diuinaque ac bonas voluntates, quæ constituunt, iuxta ideas, seu idealiter: & faciunt omnia actiue, & providentialiter ex omnipotentia intelligenda venire; siquidem obiectiue solum diuinæ voluntates vsupantur, cum idæ, vel exemplaria dicuntur à Dionysio, & Patribus reliquis: unde quod confirmatione vltima assumit (providentiam scilicet esse causam exemplarem rerum) & falso tribuit Boetio 4. de consolator. Prosa 6. vers. med. seipso evanescit. Reliqua, quæ ex scriptura, & Patribus pro intellectu suo imperio diuino adducit, æque, immò verbis, sonoque tenuis, non huic suo, sed Thomistæ, imperatiui modi, quod reicit, magis fauent: & pro imperio intellectu ad creaturas faciendas directo faciunt: quod dilemmatis, quo argumentum secundum contra imperium quodvis intellectuale proponebamus numero 5. pars est secunda à nobis iam probanda: quare oportunitus post secundæ huius partis, cui ea loca videntur directo aduersari, probationem obiciuntur, ac diluuntur.